



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

De Circuncione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

Angelo multitudo militiæ cœlestis,
laudantium D E V M , & dicentium,
Gloria in altissimis D E O , &c.) .

D E P A S T O R I B V S.

Luc. secundo.

P Rimò : pastoribus reuelatur Chri-
sti Natiuitas pér Angelum (Euan-
gelizo vobis gaudium magnum, &c.
Quia natus est vobis hodie Salua-
tor, &c.)

Secundò : pastores properant in
Bethlehem (Et venerunt festinantes:
& inuenierunt Mariam, & Ioseph, &
infantem positum in præsepio.)

Tertiò (& reuersi sunt pastores
glorificantes & laudātes D E V M , &c.)

D E C I R C U M C I S I O N E;
ibidem.

P Rimò : circumcisus est Puer.

Secundò (vocatum est nomē eius
I E S V S , quod vocatum est ab Angelo,
priusquam in vtero conciperetur.)

Ter-

Tertiò : redditus est Matri suæ
Puer, quæ illi compatiebatur de san-
guinis visa effusione.

D E T R I B V S MAGIS R E-
gibus. Math. secundo.

SRIMÒ : tres Magi Reges ad pue-
rum IESVM adorandum venerunt,
stella duce, ita attestantes : (Vidimus
enim stellam eius in oriente , & ve-
nimus adorare eum.)

Secundò (procidentes adoraue-
runt eum , & apertis thesauris suis ,
obtulerunt ei munera , aurum , thus
& myrrham.)

Tertiò (responso accepto in so-
mnis , ne redirent ad Herodem , per
aliam viam reuersi sunt in re-
gione suam.)

¶ (O) ¶

G S D E

BIBLIOTHEK